

Quod libenter intelleximus quantum sua Rev. paternitas nobis retulit, audivimus etiam solita devotione nřa, breve p. romanum pontificem sibi scriptum, suaequae clementiae immense rengratiamur; verum dicimus q. quum preteritis mens. ante casum urbis vere et succursa urbis ejusdem, misimus etiam cum eisdem galeis Constantinopolis, hinc expedivimus nonnullas galeas nřas profaciens unum oratorem nřum ut proficiseretur ad dnum teucrum ut se interponeret et operaret quicquid boni posset pro concordia facienda inter S. dñm. imperatorem Constantinopol. et ipsum teucrum et etiam ut siquid p. nos agendum esset cum teucro, ob favores datos Constantinopol. p. galeas nřas Romanie et aliter, id fieri posset. Ita q. per viam pacis, si ita fieri posset, res ille transirēt. Supervenit autem inopinatus casus amissionis urbis ejusdem, de quo tantum cordialiter doluimus quantum facile satis dejudicari pot. Remanserunt captivi in ea clade XL nobiles nři aliiq. cives et mercatores nři in bono numero, ultra multos Creten. et alios subditos nřos, ita ut ultra $\frac{c}{v}$ ex nřis illuc remanerint. Cupimusq. multum illos qui vivi superfuerunt posse redimere ne pereant. Consideravimus etiam q. civitates et loca nřa Gretiae, et illar. partium nrär. que ab annis CC citra ut ita dixerimus in pace vixerunt nec fortificate nec munite sunt per modum q. in magno et evidenti periculo constitute sunt. Et si q-d. absit amitterentur, non est dubium quod valde hiliter et comodissime absque alia contradictione hostis iste crucis, cum potentia sua in Apuliam se transfretare posset cum magno periculo nominis x-piani. Nos vero ut iste impetus, si fieri possit, aliquanto contineatur, jussimus prefato oratore nřo q. det operam eundi ad pñtiām teucri tam pro redimendis captivis nřis pdictis q. etiam pro componendo res illas ut non procedat ad expugnandum et occupandum terras et loca nřa pdicta, pro evitando tantum excidium, tantumq. inconveniens quantum occurtere posset. Bene autem dicimus q. summe necessarium iudicamus ut B. sun̄, pont. qui princeps est et caput xpiānor. cum omni sollicitudine operam det uniendi et pacificandi potentias xpiānor., qua mediante ipse potentie procedere possint unite et potentes contra istum crudelissimum hostem, sicut pro magnitudine et importantia tantae rei omnino necessarium arbitramur. Et unitis et pacificatis dictis potentias nos etiam semper prompti reppiemur ad omnia q. fieri poterunt, p. favore et' commodo xpiāne religionis.